Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26485
Copyright: Admont, Benediktinerstift



152

Sermo enim iusti hominis tantum administrum debet esse salutis. ira enim indignationis et tribulationes et inmissiones pangloss malos.

De causidicis. Ca. lx.

Negotiorum forensium sectatores propter proximi dilectionem saeculare negotium deserere debent. aut certe manente proximi caritate negotium sequant terrenum. Sed quia prarum est ut inter iurgantes caritas maneat. post ponenda est rei causatio. ut perseueret dilectio. Antiqui forensem eloquentiam caninam facundiam nuncupabant. eo quod causidici incertaminibus causarum omissis quae agunt. uelut canes alterutrum se lacerant. iurgiaque causarum ad iniurias suas emutant.

De oppressoribus pauperum. Ca. lxi.

Pauperum oppressores tunc se sciant graiori dignos sententia. quando praualuerint his quos nocere uoluerint. Nam tanto atrociusfuturo supplicio condempnandi sunt. quanto hic fortiores contra miserorum uitam inualuerint. audiant iudices. et qui praesunt populis.